

parvo ecclesie detrimento. Nam in compositione dictae pacis ipse archie-
piscopus dicto regi resignavit castrum regium *Werde* cum tho-
lono et oppidum *Sintgich* super fluvium ~~super fluvium~~ *Are*^{re}
quod quidem allodia regia ab olim fuerunt per antecessores dicti
regis coloniensi ecclesie pro triginta sex milibus marcarum
denariorum *sterlingorum* obligata, et tandem per eundem *Alber-*
tum regem ipsi *domino Wigboldo* archiepiscopo confirmata.
Alia quoque nonnulla pacta idem rex ante eundem recessum a
prefato archiepiscopo extorsit, ecclesie coloniensi non minus
dampnosa.

Henricus secundus.

62. Quinquagesimo quinto loco, post obitum videlicet prefati *domini*
Wigboldi archiepiscopi, uti eligentium in pluribus *diocesi-*
bus ad regimen pontificale coloniensi ecclesie tres persone
pariter in discordia fuerunt electi, quibusdam videlicet eligentibus
Henricum de Virmemburg maiorum prepositum, alii *Reg-*
aldum de Westerburch prepositum *Bonnaensem*, alii autem
Wilhelmum de Juliac prepositum *sancti Servatii* trajecten-
sis. Sed idem *Wilhelmus* statim post electionem *hujus* moti
de se factum in bello *Flandrensium* contra regem suscepit, in
quo quidem bello idem *Wilhelmus* capitaneus et pater *flan-*
drensium fortiter egit, et interfectus est. Eiusdem tamen
prepositi *Trajectensis* electio iam fuerat per *Bonifacium*
papam 8 confirmata, sed ipsius executionis morte eiusdem
prepositi. Duo vero alii superstites electi ad Romanam
curiam accedentes, pro sua singuli confirmatione rote varia con-
tendebant. Ad ultimum autem electi dicti *Henrici de Virmemburg*
confirmatus, postquam in Romana curia steterat ^{per} ~~per~~ tribus
annis. Sic igitur in regimine coloniensi ecclesie confirmatus
dictus *Henricus I*, sed et sub *Alberto* predicto, *Henrico VIII* nec
non *Ludovico IV* romanorum regibus 26 annis *tantum* autem idem
Henricus archiepiscopus in curia romana pro sua electione obti-
nenda expendit, non averit et ad *sumptus* ^{ex} ~~ex~~ *suos*, exactiones
postea per ipsam facte in clerum lucide manifestavit. ^{erunt} ~~erunt~~ *idem*
itaque *Henricus* archiepiscopus *Henricum VIII* quis gravi auxit
in regem, concordie de eiusdem persone electione per principes
celebrata. *Albertus* quidem rex supradictus per quemdam suum
nepotem perniciose interfecto, *Tandem* mortis in expeditione
Italiae *Henrico* romanorum imperatore memorato, electores
principes duces in discordia elegerunt ad Imperium, aliique
scilicet eligentibus *Ludovicum IV* ducem videlicet *Bavarie*,
alii vero consentientibus in *Fredericum* ducem *Austrie*. Quorum

iter 2

55

65.

63.